modo/verū etiā cū terrā ipſam/tum mare pariter ſubuectum in
ſublime ſuſtulero. Ad hęc alia permulta q̄ tu quoq3 audiſti. At ego
ſi quidem cum vno quolibet ſingulatim conferatur/ita p̄ſtātio-
rem eū eſſe/viribuſq3 ſuperiorem/haud quaq̄3 negauerim. verum
vnum tam multis pariter in tantū antecellere/vt eū ne pondere
q̄dem vincere q̄amus/etiā ac mare nobis adiunxerimus: id neu
tiq̄3 crediderim. MER. Bona verba Mars. Neq3 enī ſat tutū
eſt iſta loqui/ne quid forte mali nobis hęc petulantia conciliet.
MARS. An vero credis apud quēlibet hęc dicturum me? Imo
apud te ſolum id audeo/quem linguę continentis eſſe ſciebam
Sed quod mihi maxime ridiculum videbatur/cū quū hęc mini
tantem audirem/haud q̄am apud te reticere. etenim memineram

quum non ita multo ante Neptunus/ Juno/ ac pallas/ mota ad
uersus eum seditiõe machinarentur comprẽhensum illum in vin
cula cõiicere: quãtopere formidarit: vtq; in sem̃ speciẽ sese uer/
terit. Jdq; cũ tres duntaxat essent dij. Quod ni Thetis misericordia
commota/ Briareum Centimanum illi auxiliatum accersuisset:
ipso pariter cum fulmine ac tonitru vinctus erat. Hec reputanti
mihi ridere libebat eius magniloquentiã iactantiãq;. MEN.
Tace. Bona verba. Neq; enim tutum est ista vel tibi dicere: vel
audire mihi. Finis.

¶ Juppiter/ Juno/ neptunus/ et pluto saturni et opis filij fuerũt. Uerum iuppiter iunonem sororem suam eodẽ secum partu editam vxorem duxerat/ et cũ plutone neptunoq; fratribus regnũ partitus olympũ sibi reseruans habitauit. Quã insignis stupris et adulterijs fuerit/ non ipse tantũ/ sed et reliqua gentiliũ caterua poetarum carmina personant: et numerosa ex varijs mulieribus suscepta soboles docet. Appollo Jouis et Latone filius a poetis dicitur medicinę artis repertor/ diuinitatis deus/ et musarũ preses. Minerua sapientię dea/ et omniũ bonarũ artium inuentrix appellatur. Hanc dicunt poetę Jouis filiam sine matre: ita q cũ Juppiter videret Junonem vxorẽ suam non ferentem liberos/ percusso capite armatam mineruã emisit. Oui. in .iij. fastorũ. An quia de capitis fertur sine matre paterni Uertice cũ clypeo prosiluisse suo. Eadem dicitur belli inuentrix et princeps. hanc toruam oculis/ et armis insignẽ longamq; hastam cum cristallino clypeo in quo erat caput Medusę ferre dicunt poetę. De qua re talem fingunt poetę fabulam. Medusa vna Gorgonum cum a Neptuno in templo minerue stuprata esset/ irata dea ne tantum crimen inultum maneret crines eius quibus neptuno placuerat/ in angues vertit: deditq; vt eam aspiciẽtes in saxa verterentur. hanc postea Perseus Jouis danaesq; filius acceptis talaribus et falcato ense Mercurij/ item et scuto Palladis medusam vnico ictu interemit. Unde Pallas vt terribilior hostibus videretur/ Gorgonis caput in suo clypeo gestauit. Ouidi. Gorgoneũ crinem turpes mutauit in hydros/ Nunc quoq; vt attonitos formidine terreat hostes Pectore in aduerso/ quos fecit sustinet angues. Pharetra theca sagittarũ. Inde cupido pharetratus dicitur. Superciliis. Cilium est superius oculi operimentum. Jn supercilium infima pars frontis q̃ deminet oculo: et qm̃ illo multis modis animũ indicam⁹ ponit p grauitate: et etiã supbia. Minerua ergo supcilijs adductis. i. constrictis/ quod irati factitãt/ obseruat. i. notat et custodit attentissime ne amoris iaculo eam feram. Temere aduerbiũ est q̃litatis significans stulte inconsiderate/ siue sine causa. Seneca in Octa. Nihil in propinquos temere constitui decet. Qui post Ciceronem nati sunt temere p fere acceperunt teste Ualla. Tartarus pprie est locus infimus infernorum. Musę vt dicit Hesiodus ex Joue et Mnemosyne hoc est memoria natę sunt: et sunt nouem q̃rum nola et inuenta sic percurrit Uergili⁹. Clio historias inuenit. Melpomene tragędias. Thalia comędias. Euterpe tybias. Terpsichore psalteriũ. Erato geometriã. Calliope literas. Urania astrologiam. Polymnia rhetoricam. Diana Jouis filia ex latona eodem partu cum apolline nata dicitur: q̃ virginitatis studio hominum consortia fugiens siluas incolebat venatiõi intenta: quare cum arcu et pharetra illam incessisse scribunt poetę. Uergi. Illa pharetram fert humero. ¶ Hęc bone Lector vocabulorum elucidatio/ ad priorem dialogum cuius initium (Quid tandem) pertinet.

¶ Mars belli deus/ Junonis fuit filius absq; patre vt scribit Ouidi⁹ in fastis. Nam Juno cõmota q Juppiter absq; muliere mineruã concusso capite emisisset/ ad oceanũ

perrexit [illegible] quo pacto et ipſa ſine viro concipere poſſet. [illegible]
cum deceſſiſſet laſſa a dea flora vxore zephiri eſt edocta in campis olenijs florem e
quo tacto repente conciperet. id poſtq̃ feciſſet martē cõcepit et peperit. hic deus ſ
dirus atq̃ cruentus inter alias multas venerem adamauit / et cupidinē genuit. Cõ
tra. i. ediuerſo econtrario. Et eſt aduerbiũ Uirgili⁹ in primo eneidos. Sic venus e
veneris contra ſic filius orſus. Aliquando etiã cõtra aduerbialiter capitur et ſigſ
ex oppoſito / econtra putant doctiores latine non dici. Briareus fuit titanis et ter
re filius fraterq̃ cotti et gygis centumanus Jouiſq̃ amicus de quo theodotius talē
fabulam refert q̃ commoti dij aduerſus iouē Juno puta et neptunus vna cum palla
de in domo Nerei patris thetidis deliberauerunt cathenã facere et dormienti Jo
ui inijcere quod thetis Nerei filia et mater achillis celum aſcendens Joui retulit e
ſecum briareum Joui auxiliatum adduxit: quē cũ vidiſſent coniurati eo q̃ fortiſſimus
eſtimaretur confeſtim a ceptis deſiſtere et ſic tutatus eſt Juppiter Latini autem po
ete ſcribunt briareũ Jouis et deorum hoſtem infeſtiſſimum fuiſſe / eumq̃ in forib⁹ in
ferni excubias agere ſcribit virgilius in ſexto.

## Mercurij & Maie. MERCVRIVS

Eſt vero mater deus quiſq̃z in celo me miſerior? MA.
Caue ne q̃d iſtiuſmõi dixeris mercuri. MER. Quid
nõ dicã: q q̃de tm̃ negotiorũ ſol⁹ ſuſtineã: q̃b⁹ delaſſor
in tã multa miniſteria diſtract⁹: Nã mane ꝑim⁹ ſurgendũ eſt
mihi / ſtatiq̃z verrendũ cenaculũ / ubi dĩ potãt. Tũ ubi curiã in
q̃ cõſultant undiq̃z ſtrauero: ac ſingula ita ut oportet compoſue
ro: Joui neceſſum eſt aſſiſtere / ac perferendis illius mandatis to
to die ſurſum ac deorſum curſitare: inſuper quum redeo / pulueru
lentus adhuc / Ambroſiam apponere cogor. Porro priuſq̃z noui
tius iſte pocillator aduenisset: ego nectar etiam miniſtrabam.
Quodq̃z eſt omnium indigniſſimum / ſoli omnium ne noctu q̃
dem agere quietem licet: verum id quoq̃z temporis neceſſe habeo
defunctorum animas ad Plutonem deducere: manuſq̃z gre
gi me ducem prebere: tum autem & tribunalibus aſſiſtere. Neq̃z
enim mihi ſufficiebant ſcilicet diuina negotia: dum verſor in pa
leſtris: dum in concionibus preconis vices ago: dum oratores in

ſtruo: niſi hęc quoqꝫ ꝓuincia accedat/ vt ſimul etiam vmbrarum
tres diſponam. Atqui Ledę filij alternis inter ipſos vicibus apud
ſuperos atqꝫ inferos agitant. Mihi neceſſe eſt quotidie/ tum hoc
tum illud pariter agere. Deinde duo illi Alcmena ac Semele mi
ſeris progniti mulieribus/ ocioſi in ꝯuiuijs accumbunt: at ego
Maia Atlantide ꝓgenitꝰ illis miniſtro ſcilicet. Quin nūc cū re
cens Sidonea Cadmi filia reuerſus eſſem Nā ad hāc me legarat
viſuꝫ qd ageret puella/ ꝑuſqꝫ reſpiraſſem/ ⁊ adhuc anhelū de via
ꝑſum ad Argos emādauit viſuꝝ/ q cū Danae ageret Rurſum in
de in Boetiā ꝓfectꝰ inqt/ obiter Antiopā viſito Adeo vt plane iā pa
rituꝝ me negari. q ſi mihi licuiſſet/ lubēs ꝓfecto feciſſem: id qd ſo
lēt ꝗ in terris durā ſeruiūt ſeruitutē. MA. Miſſa fac iſta gnate
Decet em̄ p oīa morē gerere pri: cū ſis iuuenis. Ac nūc q iuſſus es
Argos ꝯtēde. Deīn in Beotiā: ne ſi ceſſatis fueriſqꝫ lētior/ plagas
etiā auferas Nā iracūdi ſunt q amāt.

¶ Maia atlantis ex pleione coniuge filia Ioui concubuit/ atqꝫ ex eo peperit mercu-
rium: quam Iuno prę omnibus pellicibus adamauit Ita vt mercurium mox natum.
ſuis vberibus lactauerit/ ſicqꝫ diuino lacte perfuſus (licet ex mortali natus) immor
talis tamen effectus eſt. dictuſqꝫ eſt mercurius deus facundię/ mercatorū/ paleſtrę
furum/ nunciuſqꝫ interpres deorum. galero tegitur alata fert talaria: et virgā cadu-
ceam: qua animas vt ſcribit virgilius ille euocat orco pallentes alias ſub triſtia tar
tara mittit. Protinus per i aduerbium eſt temporale. i. ſtatim Protenus p e aduer
bium locale: i. porro tenus author eſt caper grammaticus. ¶ Cęnaculum locus ap-
pellatur vbi cęnamus. vt auctor eſt varro. ſed poſtq̄ in ſuperiori parte cęnitare cepe
runt ſuperioris domus vniuerſa cęnacula dictaꝰ ſunt. Et cęnatio locus in ima ędiū
parte. ¶ Ambroſiam pro deorum cibo et vnguento vſurpant poetę nec temere: quia
dicitur immortalis. ¶ Martialis. Iuppiter ambroſia ſatur eſt/ et ne-
ctare viuit. de nectare Apuleius in ſexto. Tunc poculum nectaris quod vinum de-
orum eſt. Et capitur etiam ambroſia pro herba que alio nomine artemiſia dicitur.
¶ Nouicius pocillator. i. ganimedes/ fuit autem ganimedes trois regis dardano-
rum filius et ob admirandam pulchritudinem a Ioue in forma aquilę raptus: quem
Iuppiter pincernam ſuum fecit amota hebe Iunonis filia/ eo q dum ioui apud ęthi-
opas comeſſanti miniſtraret cadens/ corporis ſui obſcena omnibus ſuperis monſtra
uit. ¶ Paleſtra dicitur a noſtris luctatio Virgiliꝰ. Corporaqꝫ agreſti nudant predu-
ra paleſtra. Capitur etiam pro loco vbi exercebantur paleſtritę ſ. Ledę filij caſtor
et pollux. Cum caſtor in pugna aduerſus athenienſes cecidiſſet pollux ſuam immor-
talitatem cum illo communicauit et impetrauit a Ioue vt alternatim viuerent Uer.
in ſexto. Si fratrem pollux alterna morte redemit. ¶ Duo illi alcmena ⁊c. i. herc. ⁊c.
⁊ bacchꝰ Nā hercules fuit Iouis alcmenę filiꝰ/ bacchꝰ vo Iouis ex ſemele cadmi filia

Sidon oppidum eſt phenicię regionis: et apud Sidonem & tyrum Agenorem cum phenice regnaſſe ſcribit Euſebius. Cadmi filię quatuor fuere Semele/ Agaue/ Autonoe & Ino/ earum Semele Iouem concubuiſſe vulgatum eſt. Danae acriſij arguiuorum regis filia a patre in quadam turri concluſa fuit ob id quod in reſponſis habuit ſe manu eius qui ex filia naſceretur moriturum. ad hãc Juppiter (cum alia non pateret via) in aureum imbrem ex tegulis per impluuium in gremium eius ſe cadere permiſit/ & ex eo compreſſa Perſeum genuit. Argos nomen eſt vnius regiunculę in grecia. Vñ greci argiui dicti ſunt. fuit & nomen aliquot oppidorum gręcię. & eſt in ſingulari neutri gñis/ in plurali vero maſculini. Obiter aduerbiũ eſt/ & ſignificat in tranſcurſu tranſeũter. & quod vulgo dicitur incidenter: quaſi p̃ter propoſitum dictio compoſita ex ob et iter. Antiopa lyci thebarum regis vxor fuit aſopi filia. vel vt alij volunt nyctei. Hanc Juppiter in ſatyrum conuerſus grauidam fecit: quę Zetum & Amphionem ex eo compreſſu peperit.

## Veneris & Cupidinis. VENVS

CVpido quare/ vide quę facis flagitia. Nõ iam de his loquor quę te impulſore mortales in terra vel in ſe q̃ſqʒ/ vel inuicem alij in alios faciunt: verum de his age que apud ſuperos quoqʒ deſignas: qui quidem Iouem ipſum cogis varias aſſumere formas/ in quodcunqʒ tibi pro tempore viſum fuerit/ eum vertens. Tum Lunam e celo deuocas. Quin & Solem aliquoties compellis lentum apud Clymenen ceſſare aurigandi muneris oblitum. Nam quicquid iniurię in me matrẽ etiam committis/ audacter ac tanq̃ʒ tuto facis Verum tu q̃dem o deorum omnium confidentiſſime Rheam inſuper ipſam iam anum: pręterea deorum tam multorum parẽtem/ eo perpuliſti: vt puſionem adamet: atqʒ in Phrygium illum adoleſcentulum deperreat: ac tua iam opera inſanit. iunctiſqʒ leonibus/ adhibitis item Corybantibus: quippe qui et ipſi furore quodam ſunt afflati: per Idam montem ſurſum ac deorſum oberrat/ ipſa quidem Attis amore eiulans. Cęterum Corybãtum alius ſinum ipſe pe

[illegible] deſecat. alius demiſſa coma per montes fertur inſan⁹ alius cornu canit. alius tympano tonat. alius cymbalo perſtrepit. breuiter omnis vndiquaq; Ida tumultus atq; inſanię plena eſt. Proinde cuncta timeo. Metuo ne tale quid accidat/ quando quidem te produxi/ malum ingens: vt ſi quādo reſipiſcat Rhea: vel potius ſi pergat inſanire: Corybantibus imperet/ vt te correptū diſcerpant/ aut leonibus obijciant. Hic me ſollicitat metus q̄ videam tibi periculum imminere. CVPIDO. Ocioſo animo eſto mater. ſiquidem leonibus etiam ipſis iam familiaris ſum factus: ita vt ſępenumero conſcenſis eorum tergis/ prehenſaq; iuba/ equitis in morem inſidens/ illos agitem. At vero illi interim mihi caudis adblandiuntur: ac manum ori inſertam receptant/ lambūtq;: deinde mihi reddunt innocuam. Porro Rhea ipſa quando tādem vacauerit/ vt me vlciſcatur: quum in Atte ſit tota? Poſtremo quid ego pecco/ quum res pulchras vt ſunt oſtendo ac demonſtro? vos ne appetite res pulchras. Quare his de rebus ne in me crimen conferte. Nū vis ipſa tu mater/ vti neq; tu poſthac Martem ames/ neq; ille te? VENVS. Vt es peruicax: et nulla in re nō ſuperas. At tū horum q̄ dixi aliquā memineris.

¶ Deſignare vetuſtiſſimo ſignificatu eſt rem nouam facere in vtranq; partem/ & bonam et malam. ſicuti docet Donatus enarrans illud Teren. in Adel. Nam illa quę facta ſunt omitto: modo quid deſignauit/ fores effregit. Varias formas/ nam Iuppiter impatientia amoris ſe vertit in taurum/ in aquilam/ olorem/ ſatyrum/ amphitryonem/ aurum/ ignem/ paſtorem/ ſerpentem. vt ſcribit Ouidius in ſexto Metamor. ¶ Endimion paſtor fuit admodum formoſus/ cum in lamio carię monte aliquando obdormiuiſſet a Luna deoſculatus eſt: quę in eius amorem exarſerat ita vt fratri bigas ſuas agitandas dederit. Seneca in hippolito. Arſit obſcuri dea clara mundi nocte deſerta nitidoſq; fratri/ tradidit currus aliter regendos. &c. Clymene fuit oceani & tethyos filia/ et quia forma preſtabat Soli placuit ex quo concepit Phaetontem & ſorores eius. Aurigor/ rego moderor. Valla hectori aliquis fratrum ſere iungabatur currum. Rhea quę & Cybele & Berecyntia & ops dicitur filia fuit Celi

et veſtę et ſaturni fratris ſui coniunx. Hanc poetę Iouis et aliorum plurium deorum matrem dixerunt:eiqȝ quadrigam a quatuor leonibus tractā aſſignauerunt/et capiti eius turritam coronam et ſceptrum manibus addiderunt Et cum incederet.ſacerdotes dicti galli tympana tangentes et ęra precedebant:et Coribantes armati illā ambibant. Atys puer phrygius adamatus a Rhea matre deorum cum ei caſtitatē promiſiſſet quam non ſeruauit/in furorem verſus ſeipſum excaſtrauit. ¶ Puſio dicitur parue paru* puer. Cice.in orōne ꝓ celio Puſio cū maiore ſorore cubitauit. Veteres eūdē puſum et puſam puellam dixerunt Capit̄ tñ ſepe ꝓ ſcorto maſculo. Corybātes ſacerdotes ſ cybeles ſiue Rhee q̄ in ſacrificiis matris deoꝝ armati ſaltātes/caſti ⁊ puri ſ aſſumpti corybātes ſūt appellati q inter ſaltandū capita iactent.

## ¶ Doridis ac Galatee DORIS

FOrmoſum amantem Galatea/nempe ſiculum iſtū paſtorem/aiunt amore tui deperire. GALATEA. Ne ride Doris:etenim qualis qualis eſt/Neptuno patre prognatus eſt. DORIS. Quid tum poſtea:ſi vel Ioue ipſo ſit progenitus:quum uſqȝ adeo agreſtis atqȝ hiſpidus appareat: quodqȝ eſt omnium deformiſſimum /unoculus. An vero credis genus illi quicq̄ȝ profuturum ad formā? GALATEA. Ne iſthuc quidem ipſum:q hiſpidus eſt atqȝ agreſtis vt tu vocas illum deformat:quin virile magis eſt. Porro oculus media in frōte decet etiam:quo quidem nihilo ſegnius cernit/q̄ȝ ſi duo forent. DORIS. Videris Galatea non amantem habere Polyphemum: ſed illum potius adamare/ ſic eum predicas. GALAT. Equidem haud adamo: ſed tamen inſignem iſtam veſtram inſultandi/opprobrandiqȝ petulantiam ferre non queo. Ac mihi nimirum inuidentia quadam iſthuc facere videmini propterea q ille quum forte aliquando gregē paſceret ſuum: noſqȝ e littorali ſpecula in littore ludentes cerneret in prominētibus Aetne pedib* qua videlicet inter montē ⁊ mare litt⁹ ſeſe in longū porrigit: vos

me aſpexit q̇dē/at ego oīm vna viſa ſim formoſiſſima: eoq̄3 in vnā
me ꝯiecerit oculū Ea res vos male habet. Nā argumētū eſt/me
forma preſtātiorē eſſe ac digniorē/q̄ amer: vos ꝯtra faſtiditas eē.
DORIS. An iſtō tibi putas inuidēdū videri: ſi ꝑmū paſtori/de
inde luſco formoſa viſa ſis? q̄3q̄3 q̇d aliō ille potuit in te ꝓbare ꝑter
cādorē? is illi placet opinor q̄ caſeo ⁊ lacti aſſueuerit: ꝓinde q̇cq̇d
his ſit ſile/id ꝓtin⁹ pulchꝝ iudicat Alioq̄ vbi libebit ſcire/q̄ ſis facie
de ſcopulo q̇ptā in aquā/ſiq̄ñ trāq̇lla ſteterit deſpectās teipſā ꝯ-
tēplare: videbis aliō nihil niſi ꝑpetuū cādorē Verꝝ is q̇dē nō ꝓba
tur/niſi rubor admixt⁹ illi decus illi iñpſerit. GA. Atq̇ ego illa imo
dice cādida/tñ eiuſmōi habeo amātē: quū interi e vobis nulla ſit
quā vel paſtor/vel nauta/vel portitor aliq̇s miret Ceterꝝ polyphe
mus (vt alia ne dicā) etiā canēdi ꝑit⁹ eſt. DO. Tace o Galatea.
audiuim⁹ illū canētē cū nuꝑ pmeſſet in te: ſed o ſctā Ven⁹/aſinū
rudere dixiſſes Nā lyre corp⁹ ſimillimū erat ceruino capiti oſſib⁹
denudato: tū cornua ꝓinde q̄ſi cubiti ꝓminebāt. His iūctis/ indu-
tiſq̄3 fidib⁹: ne ſumi q̇dē admonēs: agreſte q̇ddā ⁊ abſonū cātilla
bat: quū aliō interi ipſe voce caneret/aliō lyra ſuccineret. Ita vt tē-
ꝑare nobis neq̇rim⁹: q̇n rideremus amatoriā illā cātionē Nam
Echo ne rñdere q̇dē illi voluit balāti: quū ſit adeo garrula. Imo
puduiſſet ſi viſa fuiſſet ſtridulū illi⁹ ⁊ ridiculū cātū imitari Ad hęc
geſtabat in vlnis amaſi⁹ iſte delitias ſuas vrſi catulū pilis hirtū/
ſibi nō diſſimilē. q̇s āt nō inuideat tibi amicū iſtū galatea? GA.

Cum tu igitur Dori [illegible]
qui meo ſit formoſior: quiq3 doctius ac melius vel voce canat/ vel
cythara? D O R I S. Mihi quidem nullus eſt amator: neq3 me
hoc nomine iacto/ quaſi ſim vehementer amabilis/ veruntamen
iſtiuſmodi amicum/ qualis eſt Polyphemus nempe totus hir
cum olens/ tum crudis victitans carnibus. et hoſpites/ ſiqui ap
pulerint deuorans/ tibi habeas: eūq3 tu mutuū ames.

¶ Sicilia regio eſt fertiliſſima olim italie coniuncta. nunc mari diſcreta. inde ſiculus paſtor dict⁹ eſt poliphem⁹ ciclops cui oculus duntaxat vnus in fronte/ q̄ in ſicilia paſceret oues. de huius inuſitata magnitudine/ crudelitate in hoſpites/ aſtuq3 vlyſſis/ quo eum excecauit Vergi in tertio eneid. & Ouidius. xiij. meta. graphice ſcripſerunt. Doris nympha eſt ſeu dea maris oceani & tethyos filia ponitur pro aqua interdum veluti pleraq3 nomina deorum dearumq3 & inuentorum p̄ rebus vel inuentis vel quibus p̄ſunt. vt Teren. Sine cerere & baccho friget venus. Hiſpidus proprie ſetoſus dicitur. horrorem tamen quendam denotat qui vel natura vel incuria accidit. Unde poliphemus apud Ouidi. in. xiij. Barba viros decet hirteq3 in corpore ſete. Et diogenes interrogatus cur tam prolixam barbam nutriret: vt hanc tangens reſpondit meminerim me virum eſſe. Inſulto preter alia ſignificat irridere. Opprobrare eſt conuiciari et contumelioſe aliqua cuipiam obijcere [illegible] opprobrium ignominia/ dedecus. Specula locus eſt editus et eminens vnde p̄cul liceat videre et ſpeculari. ¶ Etna mons eſt ſicilie perpetuo igne incenſus qui flammas/ cinerem/ et fauillas frequenter euomit. in hoc ciclopes dicuntur Ioui fabricare fulmina. ¶ Iacere oculum in alium eſt amoris cauſa et beniuolentie quempiam blande aſpicere. ¶ Male habere quenq3 eſt vexare et torquere interdum egrum eſſe & morbo laborare. Immodice non modice ſed multum. ¶ Candorem perpetuum/ bene et conuenienter expreſſit colorem eximie album. et galatea dicitur q̄ſi lactis dea. ¶ Prurire proprie eſt vri deſiderio & appetitu confricandi ſeſe. Pruritus talis nature appetitus/ tranſſumitur hic vt libidinem notet qua homo laſciuiens in mulieris concupiſcentiā ardeſcit. ¶ Echo dea eſt q̄ clamantibus reſpondet. phiſici vocant repercuſſionem ſoni ex obiectu laterū loci cauernoſi/ aut concaui. ¶ Hircum olere/ eſt fetere more hirci.

## ¶ Diogenis et Alexandri. DIOGENES

Quid hoc rei eſt Alexander? Itane defunctus es tu quoq3
perinde atq3 nos omnes? ALEX. Vides nimirum
Diogenes. Tametſi mirandum non eſt: ſi homo cum ſiv
erim defunctus ſim. DIO. Nū ergo Iuppiter ille Hammon
mentiebatur: cum te ſuum filium eſſe diceret/ an vero tu Philip
po patre progenitus eras? ALEX. Haud dubie Philippo. Neq3
enim obijſſem: ſi Hāmone parente fuiſſem progenitus. DIO

Atqui de Olympiade etiam consimilia quędam ferebātur: pu-
ta draconem quendam cum ea fuiſſe cōgreſſum/ viſumq́ʒ in cu
biculo: ex eo grauidam peperiſſe tc. Porro Philippum errare
falliq́ʒ/ qui ſe tuum patrem eſſe crederet. ALEXAN. Inaudie
ram quidem et ipſe iſta quemadmodum tu: at nunc video neq́ʒ
matrem/ neq́ʒ Hammonios illos vates ſani quicq̃ʒ aut veri di-
xiſſe. DIOGE. Attamen illud illorum mendacium Alexan-
der ad res gerendas haud quaq̃ʒ tibi fuit inutile: propterea q̄ vul
gus te verebatur/ metuebatq́ʒ: quum deum eſſe crederet Sed dic
mihi/ cuinam tam ingens illud imperium moriens reliquiſti?
ALEXAN. Id equidem ignoro Diogenes. Celerius enim e vi-
ta ſubmouebar/ q̃ʒ vt eſſet otium de illo quicq̃ʒ ſtatuendi: prꝛter
id vnum: q̄ moriens Perdiccę annulum tradidi. Sed age quid
rides Diogenes? DIOGE. Quid ni rideam? An non memi
niſti quid Grꝛci fecerint: quum nuper tibi arrepto imperio/ adu
larentur: principemq́ʒ ac ducem aduerſus barbaros deligerēt?
Nonnulli vero in duodecim deorum numerum referrēt/ ac pha
na conſtituerent. deniq́ʒ ſacra facerent/ tanq̃ʒ draconis filio? Sed
illud mihi dicito/ vbi te ſepelierūt Macedones? ALEXAN. Eti
amdū in Babylone iaceo tertium iam diem. Porro Ptolomę⁹
ille ſatelles meus/ ſiquādo detur otium ab his rerum tumultib⁹
quę nunc inſtant/ pollicetur in Aegyptum deportaturum me: at
q́ʒ inibi ſepulturum/ quo videlicet vnus fiam ex diis Aegiptiis.

DIOGENES. Non poſſum non ridere Alexander/qui qui dem te videã etiam apud inferos deſpicientem/ſperantemq; fore:vt aliquando vel Anubis fias/vel Oſiris. Quin tu ſpes iſtas omittis o diuiniſſime: neq; enim fas eſt reuerti quẽq; qui ſemel paludem tranſmiſerit: atq; intra ſpecus hiatum deſcẽderit.propterea q neq; indiligens eſt Aeacus/neq; contemnendus Cerberus. Verum illud abs te diſcere peruelim:quo feras animo/ quoties in mentem redit/ quanta felicitate apud ſuperos relicta huc ſis profectus: puta capitis cuſtodibus/ſatellitibus/ducibus/ tum auri tanta vi:ad hoc populis qui te adorabant Pręterea Babylone Bactris/immanibus illis belluis/ dignitate gloria: deinde q eminebas conſpicuus: dum vectareris : dum amiculo candido caput haberes reuinctum: dum purpura circumamictus eſſes: Nunquid hęc te diſcruciant / quoties recurſant animo: Quid lachrymas ſtillas: An non id te ſapiens ille docuit Ariſtoteles:ne res eas quę a fortuna proficiſcantur/ſtabiles ac firmas exiſtimares: ALEXAN. Sapiens ille: quum ſit aſſentatorum omniũ perditiſſimus. Sine me ſolum Ariſtotelis facta ſcire:q; multa a me petierit/quę mihi ſcripſerit/deinde quemadmodum abuſus ſit mea illa ambitione: qua cupiebam eruditione cęteris pręſtare:quum mihi palparetur interim/ac prędicaret me/nunc ob formam/tanq; et ipſa ſummi boni pars quędam eſſet. nũc ob res geſtas atq; opes. Nam has q; in bonorũ numero collocãdas eſſe

ruſcbat/ne ſibi vitio verteretur/ꝙ eas acciperet. Plane preſtigio
ſus vir ille quidem erat ac fraudulentus o Diogenes. q̃ꝫq̃ꝫ illud
fructus ſcilicet ex illius ſapientia fero/ ꝙ nunc perinde quaſi ſum
mis de bonis excrutior/ob iſta que tu paulo ante cõmemoraſti.

DIOGENES. An ſcin quid facies? Oſtẽdam tibi moleſtie
iſtius remedium. Quandoquidem his in locis veratrum nõ ꝓ
uenit: fac vt Lethei fluminis aquam auidis faucibus attrahens
bibas: iterumqꝫ ac ſepius bibas. Atqꝫ eo pacto deſines de bonis
illis Ariſtotelicis diſcruciari Verum em̃ Clitum etiam illum/et
Caliſthenen video: cumqꝫ his alios compluris raptim huc ſeſe
ferẽtes/q̃ te diſcerpãt penaſqꝫ ſumãt/ob ea que quondã in illos cõ
miſiſti. q̃re fac in alterã hãc ripã te ↄferas ⁊ crebrꝰ (vt dixi) bibas.

¶ Hamos grece arena. Hamon arenarius Epitheton iouis. quia Juppiter colebatur in loco arenoſo et extremo Libie. quõ Appollo clarius eſt dictus ꝙ coleret in inſula claro. ¶ Olympias regina Macidonie mater Alexandri. Aliter tempꝰ quinqꝫ ãnorũ apud grecos ſicut apud latinos luſtrũ ſpaciũ eſt quinqꝫ annorũ. ¶ Errare eſt verum pro falſo/aut pro falſo verũ/aut certũ pro incerto aſſeuerare/ falli/ decipi. Hamonij vates/ ſacerdotes/ ꝓphete Jouis Hamonis. Perdica vnus ex ducibus Alexandri. ¶ Babilon vrbs Caldee ingens et ampla a turre Babel. qđ cõfuſionẽ notat. etenim cum vnica eſſet lingua et homines turrim vſqꝫ ſydera edificare ſtatuerẽt. deus linguam eorũ confudit. impietatẽqꝫ pluralitate ideomatũ plexit. ¶ Egyptus regio Libie vbi perpetua eſt ſerenitas atqꝫ ea cauſa Nilus fluuiꝰ illã ſingulis annis irrigat. Pro qꝫ magnitudine inundationis eius/ aut cariſtia eſt/ aut vilitas ãnone. Dij egyptij Jdola in egypto culta. q̃ plurima erant. ¶ Anubis mercurius in forma canis ab egyptijs veneratus/ Alij filiũ Oſiridis ꝙ canẽ inſigne geſtaret ſub canis imagine cultum dicunt. Oſiris rex egypti tandem in deos relatꝰ cũ vxore ſua iſide colitur ſub imagine bouis quẽ apin ſeu ſerapin appellant. ꝓpterea ꝙ ab vxore poſt cedẽ eiꝰ a fratre factam q̃ſitus ⁊ inuẽtus laceratus ibidẽ poſtea repertus Bos creditus ſit fuiſſe Oſiris ¶ Palus hic eſt aqua ſtagnalis apud inferos de qua verg. in ſexto. Eacus vnus inferorũ iudex Tres em̃ eſſe dicũtur Rhadamãthus Minos Eacus oẽs reges Cretenſes. et ob iuſticiã filij iouis dicti. ob ſeueritatẽ sũt apud inferos iudices eſtimati. ¶ Bactra regio ſcithie vltra Aſſiriã. nomen quoqꝫ vrbis q̃ caput regionis eſt. Bactri qui et Bactriani populus loci illiꝰ. Amiculũ rediniculũ vitta quam tenĩã vocãt Ariſtoteles ſummus phũs Alexandri p̃ceptor. Palpari/ adulari/ aſſentari. Preſtigioſus vir faſcinator/ verſipellis/ veratrũ/ helleborꝰ herba qua melancholia purgat/ ac mentis ſanitas conciliatur ¶ Lethe flumẽ inferorũ qđ qui guſtat oim rerũ obliuiſcitur ¶ Clitus nutricis Alexandri filiꝰ duxeiꝰ fidiſſimꝰ qui Alexandrũ pugnantẽ ab ictu letali ſeſe obijciẽs defendit. Sed tandẽ ab ebrio Alexandro ꝙ liberius p̃ris Philippi res geſtas extuliſſet interemptꝰ ¶ Chaliſtenes phũs Alexandrũ in Jndiã ſecutus et ab eo truncatꝰ naſum/ manus/ aures more fere in cauea recluſus fuit. ꝙ ipſũ non adoraret. et adorantes barbaros irrideret.

## Menippi et Chironis. MENIPPVS

QUidem inaudiui Chiron/ te deus quum eſſes/ tamẽ optaſſe mortem. CHIRON. Vera nimirum ſunt iſta quę audiſti Menippe. Planeq; mortuus ſum/ ſi uti vides: quum mihi licuerit immortalem eſſe. MENIP. At quęnam te mortis cupido tenebat: rei videlicet/ quam vulg⁹ horreat? CHIRON. Dicam apud te/ virum neutiq̃; ſtultum atq; imperitum. Iam mihi deſierat eſſe iucundum immortali ate frui. MENIPPVS. Quid? An iniucundum erat te viuere/ lucemq; tueri? CHIRON. Erat inquam Menippe. tenim quod iucundum vocant/ id ego neutiq̃; ſimplex/ ſed variũ quiddam eſſe arbitror. Verum quum ego ſemper viuerem/ at ; iiſdem perpetuo rebus vterer: ſole/ luce/ cibo/ tum horę eędem ecurrerent: reliqua item omnia/ quęcunq; contingunt in vita/ eciproco quodam orbe redirent: atq; aliis alia per vices ſuccede ent: ſatietas videlicet eorum me cepit. Neq; enim in eo voluptas ſt ſita: ſi perpetuo fruaris iiſdem. ſed omnino in permutãdo po ta eſt. MENIPPVS. Probe loqueris Chiron. Ceterum ęc quę apud inferos agitur vita/ quinam tibi procedit: poſteaq̃; d hanc tanq̃; ad potiorem te contuliſti? CHIRON. Haud ſuauiter Menippe. Siquidem ęqualitas ipſa quiddam habet d modum populare. Nihil autem intereſt/ vtrum in luce quis

agat: an in tenebris. Preterea neqꝫ ſitiendum eſt nobis quemad modum apud ſuperos / neqꝫ eſuriendum: ſed eiuſmodi rerum omnium egentia vacamus. MENIPPVS. Vide Chiron ne temet ipſe inuoluas / neue eodem tibi recidat oratio. CHIR. Quamobrem iſthuc ais? MENIPPVS. Nempe / ſi illud tibi faſtidio fuit: q̄ in vita ſemper hiſdem ſimilibuſqꝫ rebus uten dum erat: quum hic itidem ſimilia ſint omnia. eundem ad mo- dum parient faſtidium. At de integro tibi querenda erit vite cō- mutatio: atqꝫ hinc quopiam aliam in vitam demigrandum id quod arbitror fieri non poſſe. CHIRON. Quid igitur faciun dum Menippe? MENIPPVS. Illud nimirum / uti ſapi ens quum ſis / quemadmodum opinor / et vulgo p̄dicāt: p̄ſentib⁹ reb⁹ ſis ꝯtent⁹: neqꝫ q̄cq̄ꝫ in his eſſe putes qḋ fieri nō q̄at.

Chiron centaurus ſaturni et phillyre filius omnes ſui tēporis bonitate et iuſticia ſuperauit argonautarum cum quibus nauigauit iudex et medicus eſculapium et a- chillem medicinam docuit quam et virtutes herbarum inuenit: in monte Pelio cū hoſpit e Herculis ſagittas hidre ſanguine tinctas quibus immania centaurorum cor pora proſtrauerat admirabundus tractaret vna manibus delapſa: atqꝫ in pedē de- cidens mire eū afflixit / ſed deorum miſeratione poſt nouem dies in aſtra tranſlatus eſt. Cupido deſideriū et cupiditas aliquando deus amoris veneris filius. Tueri videre / conſpicere Recurrere / redire Reciprocum / reflexum / repetitum Orbis circul⁹. circulatio Satietas / ſaturitas. Quinam / quo modo / quo pacto. Potior melior. Perſi. Quis potior iudex puerique quis aptior orbis. Egentia carentia. temet teipſum. Fa ſtidium nauſea / et quaſi contemptus cum faſtu. De integro rurſum iterum ab initio Demigrare mutare domicilium.

## Menippi et Cerberi. MENIPPVS

MEus Cerbere / quandoquidem mihi tecum cognatio quedam intercedit: quum et ipſe ſim canis: dic mihi per Stygiam paludem / quomodo ſeſe habebat Socra

es quum huc accederet? Veriſimile eſt autem te/deus quum ſis non latrare modo/ verum etiam humano more loqui: ſi quan do velis. CERBERVS. Quum procul adhuc abeſſet Me nippe/viſus eſt conſtanti atq; interrito adire vultu: perinde qua ſi mortem nihil omnino formidaret: ac tanq; hoc ipſum vellet iis qui procul a ſpecus ingreſſu ſtabant/ oſtendere: verum ſimul at q; deſpexit in hiatum: viditq; profundum atq; atrum antri receſ ſum ſimulq; ego cunctantem etiam illum aconito mordens pe de correptum detraherem: infantium ritu eiulabat/ ſuoſq; deplo rabat liberos: nihilq; non faciebat: in omnem ſpeciem ſeſe con uertens. MENIPPVS. Num igitur fucate ſapiens erat ille: neq; vere mortem contemnebat? CERBERVS. Haud vere. Ceterum vbi vidit id eſſe neceſſe: audaciam quandam pre ſe ferebat: quaſi vero volens id eſſet paſſurus: quod alioqui vo lenti i nolenti tamen omnino fuerat ferendum. videlicet quo ſpe ctatoribus eſſet miraculo. Equidem illud in totum de viris iſti uſmodi vere poſſim dicere: ad fauces vſq; ſpecus intrepidi ſunt ac fortes: porro intus quum ſunt/ nihil mollius neq; fractius. MENIPPVS. Ceterum ego quonam animo tibi viſus ſum ſubiiſſe ſpecum? CERBERVS. Vnus mortalium Menippe/ ſic mihi viſus es ſubire: vt tuo dignum erat genere: et prior te Diogenes: propterea q; neutiq; adacti ſubieritis/ aut in truſi: Verum tum vltronei: tum ridentes: atq; omnibus plora

re renunciantes. ¶ FINIS.·

¶ Styx flumen apud inferos ꝑ qđ dij iurabant. Neq; peierare licebat alioqui ad cētum annos ambroſia nectareq; p̄uati fuiſſent. Socrates phūs athenienſis et apollinis iudicio ſapiētiſſim⁹ hic p̄m⁹ moralia docuit. tanteq; in ōni vita cōſtantie vt nullo tempore aut triſtior aut letior viſus ſit. neq; cū cicutā moritur⁹ biberet. q̄ cū vxorē duceret. Formidare/metuere/timere/ aconitū venenū. Liberi filij ingenui. Fucate ficte ſimulate Tuo genere tua ſecta tua ꝓfeſſiōe Ultronei volentes non coacti.

## ¶ Leuinus Linius ad ſtudioſam Iuuētutem.

Huc ades o ſtudioſe puer/ ſtudioſa iuuentus
Huc ades. hunc hilari perlege fronte librum.
Nulla cithereiaco polluta eſt pagina amore:
Quin ſoror hoc phebi caſta probabit opus.
Nec cynicos memorat/ caperata aut fronte Catones
Aut aliud ſi quid ruga ſenilis amet.
Sed gratas pueris Charitesq; ſalesq; iocoſq;
Et quicquid lepidi eſt iſte libellus habet.
Attica ſiue Venus iuuat/ aut oenotria lingua
Hanc habet atq; illam tantulus iſte liber.
Meonide aut Pelio multo eſt facundior author
Sed vetat impariles nomen inire modos.
Non minor interpres ſuccedit diuite vena
Vatibus auſonijs vnus Eraſmus honor.
Nempe hic ſiue pedum certa ſine lege vagatur
Pulchrum mellifluo Marcus vt ore ſonat.
Siue pedes ſtrictim numeroſo calce coercet
Naſonem pręſtat/ Vergiliumq; refert.
Quęlibet (inuideas) vel iam ſuperſtite Plauto
Vellet eraſmiacis muſa lepore loqui.
Huc ades ergo puer latij ſtudioſe leporis
Huc ades/ hunc hilari perlege fronte librum. Finis.

¶ Michael Hillenius Hoochſtratanus Antuerpię
Imprimebat. Anno dñi. M.CCCCC.XVII.